



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Poppe Conf. 25. Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

50 VITÆ S A N C T O R V M . 25. Ian.
currit , & feroce s humi spiritus cum domino suo
affligit, simul vox istius modi cælo intonat : Saule,
Saule, quid me persequeris? mox sciscitant : Q uis es
Domine? responsum redditur : Ego sum Iesu Nazare-
renus, quem tu persequeris. Atque hæc demum vox
illam nobilissimam expressit : Domine quid me via
facere? Ergo Damascum conferre se iussus , eò v
comitibus , & ipsis rerum gestarum miraculo stu-
pentibus abducitur. Ibi triduum apertis oculis cœ-
cus ac jejunus ab Anania demum & oculorum , &
quod caput est, fidei donatur lumine. Hoc ille
deinceps per omnes provincias circumferens tot
gentibus accendit, ut rem mihi attentiūs confide-
ranti unus quidem hodie cecidisse P A V L V S , cœte-
rū surrexisse cum P A V L O totus orbis videatur
Ex Act. Apost.

Sicut modo nemo est, qui reconciliari non possit, ita
post paululum nemo, qui possit. Noli ergo contemnere
Dei misericordiam, si non sentire vis justitiam. S.
Bernard. serm. 1. in Epiph. Dom,

S. P O P P O C O N F . 25. Januarij.

V idetur Poppe ad gloriam paternam bellicaf-
que laudes ab ipso matris utero properasse.
Etenim jam tunc latere respuens septimo statim
mense in lucem, mox ubi per ætatem licuit, ad bel-
lum prodijt. Pietatem tamen comitem secum
traxit, & subinde ad vestigia Christi Ierosolymam,
alias Romam ad Principum Apostolorum limina
invisit. Redux, dum nuptias easque illustres cogi-
tat, jamque ad has equo properat, cœlesti luce se
animumque atque adeò hastam etiam suam ful-
gere animadvertisit. Inde omen auspiciunque me-
lioris militiaz capit, & sacramentum apud mona-
chos

chos dicit. Inter tyrocinij tempora cùm fletu' alios inendari, ipse pumex, videret; saxo è pectori fontem oculis statuit petere, q[uod] od factum postea tam abunde, ut pavimenta, & vestes sacrificantis fletu' maderent, interque canulam plus videretur lacrymarum quam aquæ bibere. Magnatibus etiam familiaris pacem inter Conradum Imp. & Henricum Regem s[ecundu]m, Venenum non semel innoxius biberunt illis morientibus, qui miscuerant. Pastorem à lupo Ianiatum viræ, & gregi reddidit: dæmonem iudicrà alapâ fugavit. Moritur denique cilicio incumbens, terraque matrem prono pectori desculans. Mortuum sex dies odor mirissimus laudavit suavissimusque; tumulatunt inter homines visi Angeli, sepulchrum vero ingentia miracula ornarunt. *Ex Surio.*

Ornari abs te Diabolus querit, si Calicem aureum invenisse in terra, donares illum Ecclesie Dei: acceptisti à Deo ingenium spiritualiter aureum, & ministras inde libidinibus, & in illo Sathanæ propinas te ipsum. *S. Aug. Ep. 41.*

B. HENRICVS SVSO C. 25. Ianuarij.

HENRICVS SVSO Constantiæ in Dominicâ familiam adlectus simulque à IESV in adytâ amoris inductus, IESV nomen pectori insc. Ipsit ingeniosus cælator. Digitales erant literæ, quæque ad cordis motum, & ipse movebantur, ut cum hoc dudum conspirasse idemque utrobique ageret scires. Intercâ inter dolores deficientem alterum, & è celo lapsum nomen IESV è cruce auro gemmisque rutilans recreavit. Et cur à Filio Mater abesset? MARIAM salutare ante solem gestiebat, tunc præsentiam, cùm idem facere Angelos audiueret.

C 2

illis